



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Angelus deputatus homini septem bona facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

conciliationis iucunditas, fanitas
 redeuntis innocentia, serenata sua
 uitas conscientia. Tertio propter
 dei honorem; Peccator cum con-
 uertitur honorat dominum, quod
 est gaudium angelis. Vnde legimus
 in libro Iosue. Fili mi da gloriam
 deo, & confitere peccatum tuum.
 Et D. Bernardus dicit. Exultare fe-
 cimus angelos, quando conuersi su-
 mus ad penitentiam. Festinemus
 ergo de nobis ipsis eorum adimple-
 re letitiam. Summa nempe felici-
 tas est, ut de salute nostra exultent
 caelestia.

331. e
 31

Ios. 7.

8. do T
 Bernar.

*Angelus deputatus homini
 septem bona facit.*

Primum est, quia excitat ho-
 minem a somno peccati, ut fi-
 guratiue in Petro in carcere
 uincto uideri potest. de quo legi-
 tur. Percussioque latere Petri excita-
 uit eum &c. Petrus enim in carcere
 uinctus, denotat peccatorem in pra-
 ua consuetudine peccati uinctum.
 Vnde in prouerbis dicitur. Iniqui-
 tates suae capiunt impium, & funi-
 bus peccatorum suorum constringe-
 tur. Secundum est, quia incitat ho-

33. 30. J

31. do T

Act. 12.

Pro. 5.

D

CHRISTIANA

minem ad bene operandum, quem
admodum in Helia sub umbra Iuni-
peri dormiēte figuratiuē possumus
uidere, cui Angelus dixit. Surge,
comede, grādis enim tibi restat uia.
Tertium est, quia arcet contrarias
potestates, quæ sæpe hominem in
peccato existentem suffocaret, si eis
permitteret, ceu apud Tobiam le-
gimus, quod Raphael Angelus ap-
prehendit dæmonium, & religauit
illud in deserto superioris egypti.
Qui dæmon septem uiros ad illam
saram ingressos occidit. Quartum
est, quia hominem in animi angus-
titiis positum consolatur, sicut legi-
mus de Angelo ad Christum in pas-
sionis oratione accessu. Accessit An-
gelus confortans eum. Quintum
est, quia orationes & operationes
nostras coram deo representat, ue-
luti testatur ipse Angelus cum To-
biam alloqueretur dicens. Ego ob-
tuli orationem tuam domino, &c.
Sextum ab incurisibns ac periculis
mundanis hominem defendit. Sicut
exemplum habemus de populo Is-
raelitico in terram promissionis in-
troducito, cui in die præcedebat an-
gelus in columna nubis, & in nocte
in columna ignea. Per Angelum
etiam Loth ab incendio Sodome li-

3. Reg.
19.

Tob, 8.

Luc, 22

Tob, 12

beratus est. Tres quoque pueri de
fornace; Daniel de lacu Leonum il-
leſus euasit. Et multi alij per Ange-
los conſeruati ſunt; idcirco Dauid
cācabat. Angelis ſuis deus manda-
uit de te, ut cuſtodiant te; ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum,
&c. Septimum eſt, quia homini in
neceſſitate cibum ſubmiſtrat, ſi-
cuti de Daniele in lacu leonum ci-
bato per Abachuc illuc ab Angelo
delatum legimus. Sic legitur etiam
de Helia, cui per angelū allatus eſt
panis ſubcineritiuſ. Sic etiam de
Chriſto legitur, quòd in fine ſui ie-
iunij, Acceſſerunt Angeli ad eum,
& miniſtrabant ei, &c. Ideo Paulus
dicebat, ipſos noſtros eſſe admini-
ſtratorios, &c.

Auguſt.

Pſa. 90.

Dan. 15

3. Reg. 19.

Mat. 4.
Heb. 1.

*Appetituſ propria excellen-
tia diſſuadent nobis*

Tria.

Primum eſt, quia qui in loco
dignitatis ſunt, in maiori pe-
riculo ſunt. Honores (inquit
D. Hieronymuſ) pericula ſecum
trahunt, & quanto maior honor
tanta maiora pericula. Altiffimi
montes crebris fulminibus feriun-

Gr. 10. 11.

2. 1. 2.

Hieron.

Hieron.